

Sermo

istit. si vero eius conatus non proficit. ex ipsa
 fatigacione puer debilitat. et ideo si in oc-
 taavo mense experit. ab eo debilis erit quod vi-
 vere non valebit. Dicunt tamen astrologi quod
 pueri qui in octavo mense nascuntur non vi-
 uunt. et eorum ratio talis est. Dicit enim quod
 puer in septimo mense non vivit quod satur-
 nus qui in primo mense conceptionis pueri
 regnat in octavo mense iteque dominat. et quia
 eius proprietates sunt in omnibus mortife-
 re eo quod frigidus et siccus existit. ideo vi-
 vere puer nequit. Qui vero. xl. vii. die con-
 pletur quod motus maxime communis natu-
 ralis esse asserit in nono mense nascuntur
 et si ultra corporis organisatio differat in de-
 cimo mense nascuntur. Aspice igitur novitatem
 in christo qui non aliquid tempus ad profectum
 sui corporis expectavit. sed in primo instan-
 ti vir perfectus in corpore fuit et plenissime ani-
 ma sapientia extitit. unde propter has mari-
 mas novitates. Hieremias prophetam ad-
 murat cum dicit. Hierem. xxxi. Novum faciet do-
 minus super terram. semina circumdabit virum
 femina enim circumdare virum novum non esset
 nisi insolito modo ut supra dictum est hoc
 fuisset. vnde sapiens quidam ait. Quod mira-
 novitas virginis est. cuius viscera partus
 et integritas pacis agunt federa. de ma-
 rie gremio proferuntur natura. et fit ebes ra-
 tio allegans sua iura. **S**ecundo
 dominus iesus novo modo et insolito conditur
 esse natus. Nam persistat in primis et etiam
 Augustinus. quod duo materialia corpora simul esse
 non possunt. vnde cum in aliquo vase aqua ingredi-
 tur necessario aer egreditur. sicut ipsa experien-
 tia probatur. Sed corpus domini ex virgine ve-
 tre exiit ita quod nec claustra virginis vi-
 olavit nec portam aperuit. sed clausam om-
 nino dimisit. ergo dum in eodem loco cum
 alio corpore simul fuit. quod sic esse oportuit.
 ex quo portam non lesit magnam novitatem mu-
 do induxit vnde de hac novitate sub figura
 lucis dictum est. Ihesu. vii. Iudeis inquit
 nova lux oriri visa est. et dicit iudeis. Quia
 personaliter missus est solis eius vnde ipse dicit

Mat. xv. Non sum missus supple perso-
 naliter nisi ad oves que perierunt domus
 israel. licet finaliter totum mundum missus sum
 sed in eadem auctoritate. christus lux. quod sicut
 lux virtutum et omne corpus proprium pertransit
 nec tamen illud dividit vel corrumpit sic dominus
 de matre exiit. nec tamen portam aperuit. nec
 ullum ei dolorem ingessit. Sicut enim germen
 procedit ex vite. et flos exit de arbore sine
 aliqua corruptioe. potuit flos noster christus
 supmirabili sua virtute sine corruptioe
 nasci de matre ipsa virgine permanente.

Tercio dominus iesus novo modo est no-
 miatus. non enim hoc nomen novum casuali-
 ter est inventum. nec casu est christo impositum
 sed ab eterno est ordinatum. et deo precipien-
 te ab angelo est in tempore nunciatum. a ma-
 tre sibi impositum. ab apostolo predicatum. et tunc
 est ab hominibus honoratum. fuit ergo hoc
 nomen novum non ratione vocis sed ratione
 significacionis que in solo domino fuit. Vnde
 si aliquis alius nomine iesus fuit. rem tamen
 nominis nullus habuit nec habere potuit.
 propter hoc bene Isa. lx. i. predictum fuit. No-
 cabitur inquit tibi nomen novum quod os domini
 nominavit. Sed de nomine require in se-
 cundo sermone. quia ergo sic est dominus in no-
 vatus et nos cum eo innovari debemus quod
 etiam annus hodie innovat et mensis. De-
 bemus igitur innovari quantum ad spirituales vi-
 te principium quantum ad medium. et quantum
 ad ultimum vel postremum. nam secundum Augustinum
 Omnis ordo profectus habet primum et vl-
 tumum. et quod de primo ad ultimum non est de-
 venire nisi per medium. concludit quod ad ardorem
 perfectum requiritur primum medium et postre-
 mum. Est ergo rogandus ipse iesus innova-
 tus ut innovet nostrum principium per gra-
 tiam expiantem. innovet medium per gra-
 tiam roborantem. et innovet etiam ultimum
 per gratiam consummantem. **D**ico quod rogan-
 dus est noster iesus ut innovet penitentiam
 nostre principium per gratiam expiantem. hec
 est enim gratia que voluntatem hominis pro-
 uenit ut bonum velit. cui dum homo presentat

*triplex gratia postulanda est christo scilicet quod in
 omni tempore*